



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quid prosit baptismus cum fide accedentibus. Quid dimittitur in baptismo  
iustis. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



*Aug. in cap.  
27. l. de fide  
ad Petrum.*

*Epist. ad Bo-  
nifacium  
Epis. in fine  
1077. 2.*

*Matth. 25.*

sufficit fides ecclesie sine sacramēto: quia si absq;  
baptismo fuerint defuncti, etiā cum deferuntur ad  
baptismū dānabuntur, sicut multis sanctorū au-  
toritatibus comprobatur. Ad q̄ hoc vnum suffi-  
ciat. Aug. ait. Firmissime tene, paruulos qui vel in  
uteris matrum viuere incipiunt & ibi moriuntur,  
vel de matribus nati sine sacramento baptismi de  
hoc seculo transeunt, eterno supplicio puniendos:  
qa et si ppriæ actionis peccata nō habuerunt, ori-  
ginale tamē peccatum traxerunt carnali concupi-  
scētiae cōceptione. Et sicut paruuli, qui sine bap-  
tismo moriuntur, infidelium ascribuntur numero:  
ita qui baptizantur, fideles dicuntur: qui à fidelīū  
cōsortio nō separantur, cū orat ecclesia pro fide-  
libus defunctis. Fideles ergo sunt nō, ppter virtutē,  
sed fidei sacramentū. Vnde Aug. Paruulū et si non-  
dum fides illa, quæ etiā in credentium voluntate  
consistit, iam tamen fidei ipsius sacramentum, i.  
baptismus, fidelem facit: sicut credere responde-  
tur, ita etiam fidelis vocatur, nō rem ipsam mente  
annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentū.

*Quid profit baptismus his qui cum fide accedunt.*

Solet etiā quæri de illis, qui iā sanctificati spiritu,  
cum fide & charitate ad baptismū accedunt, quid  
eis cōferat baptismus? Nihil n. eis videtur praesta-  
re, cum per fidē & contritionē iam remissis peccatis  
iustificati sunt. Ad quod sane dici pōt, eos qui-  
dem per fidē & contritionem iustificatos, i. à ma-  
cula peccati purgatos, & à debito eterne pœnæ ab-  
solutos, tamen adhuc teneri satisfactione tempo-  
rali, qua pœnitētes ligantur in ecclesia. Cum a. ba-  
ptismum percipiunt, & à peccatis si quæ interim  
post conuersionem contraxerunt, mundantur, &  
ab exteriori satisfactione absoluuntur: & adiutrix  
gratia omnisq; virtus in eo augetur, vt vere nou<sup>9</sup>  
homo tunc dici possit, Fomes quoq; peccati in eo  
amplius debilitatur. Ideo Hier. dicit, q̄ fides quæ  
fide-



fideles facit in aquis baptismi datur vel nutritur: quia non habenti aliquando ibi datur, & iam habenti ut plenius habeat datur: sic & de alijs intelligendum est. Qui ergo mundus accedit, ibi fit mundior, & omni habenti ibi amplius datur. Quod vero omnis exterior satisfactio ibi relaxetur, Amb. ostendit super illum locum. sine poenitentia sunt dona Dei & vocatio dicens. Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum vel platum vel aliquod opus: sed & omnia gratis condonat. Quod quidem de exteriori gemitu vel platu accipiendum est. Nam sine interiore nemo adultus renouatur: sed exteriores satisfactiones & afflictiones, sc. sordes poenitentium, ibi dimittuntur. Multum ergo confert baptismus, etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum, quasi ramus a columba porratur in arcam: qui ante intus erat iudicio Dei, sed nunc etiam iudicio Ecclesie intus est. Cum vero in baptismo peccatum deleatur, & satisfactio exterior non imputetur: queritur cur penalitas cui pro peccato addicti sumus, non tollatur: Hoc ideo tradunt fieri sancti, quia si a pena homines per baptismum liberarentur, ipsam putarent baptismi premium pretium, non aeternum regnum. Ideo soluto reatu peccati, temporalis poena tamen manet: ut illa vita studiosius quaeratur, quae erit a poenis omnibus aliena. Ideo etiam manet, ut sit fideli & certandi materia, & vincendi occasio: qui non vinceret si non pugnaret, nec pugnaret si in baptismo fieret immortalis.

*Cuius rei baptismus, qui datur iam iusto, sit sacramentum. G*

Si queritur, Cuius rei baptismus ille sit sacramentum, qui datur iam iusto? Dicimus sacramentum esse & rei quae praecessit, i. remissionis ante per fidem datam, & remissionis temporalis poenis siue peccati si habetur, si quod interim committitur, & nouitatis ac omnis gratiae ibi praestitae. Omnis etenim rei signum est, cuius causa est. Nec mireris rem aliquando precedere

*Ad Ro. 11. d*

*Amb. ad l. lud. cap. 11.*

*ad Rom. in commenta-*

*7 ut tom 5.*

*Gen. 8. b*

*Ca. 24. Isid.*

*li. 1. de summo bono.*